

Commissio in re Ferberi cum Gedanensibus, commissarius infrascriptis data.

110

Sigismundus Dei gratia rex Polonia etc:
 Reverende in Christo pater, ac magnifici
 si sincere nobis dilecti. Cupientes dissensionem et motum intestinum in civitate nostra Gedanensi exortum sedari, per quem famatus Eberhardus Ferber cogitur cum libens et nonnullis consanguineis et affinibus suis ex ipsa civitate exulari, designandas, suavimus vestras sinceritates, et harum serie designamus in commissarios nostros ad eam controversiam componendam, volentesque mandantesque illis, ut communicato inter se consilio pro aliquo certo die in Marienburgum descendant, et auditis omnibus controversiis, que inter consules, scabinos et communitatem eiusdem civitatis nostre Gedanensis, ac ipsum Eberhardum et eius necessarios ac amicos intervenerunt, auditisque et mature percensis illorum propositionibus et responsis, totam illam controversiam et dissensionem bonis et æquis mediis componere curent, in quo omnem suam operam adhibeant. Sciunt enim vestre sinceritates, quam perniciosæ sunt

sunt eiusmodi controversie intestine in
omnibus communitatibus. Ubi vero siste-
re non possent eadem sinceritates vestrae
decentibus medijs dissensiones predictas,
et esset aliquid quod diffiniri et decerni
oporteret, id ad nos remittant. Quidquid
autem decreverint, id faciant per partes
utrinque firmiter observari. Sic factu-
re etc.

Mathiae de Drowicza episcopo Wladislaviensi.
Nicolao de Koscielce palatino Calissiensis.
Hieronymo Lasli palatino Siradiensis.
Georgio de Konopat palatino Pomeranice.